



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

IV. De commodato, deposito & mutuo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

## DE COMMODO DATO, DEPOSITO ET MUTUO.

## TITULUS IV.

§. 1. Quare hi contractus re contrahendi dicantur.

**C**ommodatum, depositum, & mutuum, re contrahendi dicuntur, l. i. D. De oblig. & act. iiii. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. id est quod non nisi rei praesentis interventu sunt. Quod non sequitur est in emptione, locatione, societate, mandato, que solo consensu, etiam re non praesente, contrahuntur, sive Inst. De oblig. ex consensu.

§. 2. De Commodo, & in quo distet a locatione & preario.

Commodatum dicitur, quasi cum modo datum, scilicet ad certum & prescriptum usum, id que gratuitum. Nam mercede interveniente locatione est, & commoda Inst. Quib. modis re contrah. oblig. aut si ad non certum tempus & prescriptum usum datum sit, in preario incidit, l. i. l. 4. D. De preario. Atque hinc commodatum non nisi ex pleto usu revocatur, cap. unico Extravag. De commod. preario vero quandocumque, l. i. & 2. D. De preario jungs inst. de preario.

§. 3. Quid in commodatum veniat.

Et cum commodatum commodatarii tantum gratia contra rei soleat, idcirco, si res commodata, commodatarii culpa etiam levissima, interierit, aut deterior facta fuerit, restat econamine commodatarius convenire, d. cap. unic. juncta l. Si ut certo s. §. commoda Inst. D. Comm. & §. 2. ejusd. leg. ubi & elegans distinctione traditur, in quibus contractibus dolus, culpa & periculum veniant.

§. 4. De Deposito, & quid veniat in depositum.

Est autem depositum, quod custodiendum aliqui datum est: dictum ex eo, quod apud alium depositum sit: Præpositio enim auger positum, ut ostendat totum fiduci ejus esse commissum, quod ad custodiendam rei pertinet, l. in princ. D. Depositi. Et quia depositum deponentis gratia contractatur, idcirco depositarius de solo dolore tenetur, & præter Inst. Quib. modis re contrah. oblig. l. Contractus D. Dereg. jur. qui eam specie presumitur, cum depositarius circa rem depositam non eandem, quam suis rebus, diligenter exhibet, o. 2. in princ. Ext. De depos. l. Quod Nervia 32. D. Depos.

§. 5. Depositarius quando culpa nomine renatur, & quia de casu fortuito.

Interdum tamen depositarius & culpa nomine recte convenire, ubi scilicet ultrè se deposito obtulit, aut quid pro custodia accepit, aut cum eo conventum fuit, ut culpam præstaret, d. cap. 2, l. 1. §. si conveniat D. Depos. Casum verò fortuitum numquam præstat depositarius, nisi id convenire, vel culpâ sive morâ ipsius casus acciderit, d. cap. 2, & d. l. 1. §. si convenient, & l. Contractus D. De R. I.

§. 6. Depositum semper repeti potest.

Depositum pro arbitrio deponentis semper revocari potest, nullâ etiam admissa compensatio aut deductione, propter bonam fidem, quae in hoc contractu uberior est, quam in ceteris contractibus, d. cap. 2, & d. l. 1. §. est autem juncta l. penult. Cod. Depos. & l. fin. C. Decompens. Est autem compensatio (ut obiter hoc inseram) debiti & crediti inter se contributio, l. i. D. De compensat.

§. 7. Ecclesiam nomine Clerici depositarii vel mutuum accipientia conveniri non posse, nisi in rem Ecclesie versum sit.

Potest cum depositum, aliqui contractus non pariant obligationem, nisi inter ipsos contrahentes, l. 3. Cod. Neuxor pro marito, l. Si & me, 2. D. Si cert. petat l. l. in princ. D. De patr. frustrè Ecclesia convenire propter rem apud Clericum Ecclesie depositam, vel mutuo ab eo acceperat: nisi forte ex ea quid in utilitatem Ecclesie versum probetur; quo casu quatenus versum est, Ecclesia teneatur, cap. 1. Ext. De depos. cap. penult. Ext. De fidejussor. ne locupletetur cum alterius injuria, l. Nam hoc natura D. De condit. indeb.

§. 8. De mutuo.

Quod ad Mutuum attinet, contrabitur mutuum, cum rem alteri damus, ut ejus fiat, recipiunt aliam ejusdem generis & bonitatis, l. in princ. D. Si cert. pot.

Riff. 3

§. 9, l. n.

§. 9. In quibus rebus consistat mutuum.

Quod fieri non potest, nisi in rebus, quæ mutuum functionem recipiunt, hoc est, quæ numero, pondere vel mensurâ constant. Nam in aliis rebus ideo in mutuum non iurit, quod aliud pro alio solvi non potest, iurito creditore, d. l. 2, §. 1. Si quidem in aliis rebus cadit affectio.

§. 10. De pacto vel stipulatione adiecto mutuo.

Et cum mutuum re contrahatur, profectò conveniri non potest, ut plus, quam datum est, reddatur; putâ, undecim pro decim, l. Regasti ii, §. si tibi dederò D. Si cert. pet. ut quidem accedens stipulatione; cum hæc res in usuram incidet, non solum jure Canonico, sed & lege divina improbat, cap. Confusio 10, Ext. De usur. de quolamvis inf. tit. de usur.

## DE PRECARIIS.

### TITULUS V.

§. 1. Quid Precarium, & in quo conveniat cum Commodo, & ab eodem distet.

Precarium est, quod precibus petendi utendum conceditur, tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur, l. 1, in princ. D. De precario. Convenit cum Commodo in eo, quod is, qui commodat, etiam permittat utire commodatâ, d. l. 1, §. fin. Distat verò, quod Precarium ad certum tempus & præscriptum usum non detur, commodatum contrâ, §. 1, sup. de commod. vide Co- var. Var. resol. lib. 3, cap. 15, num. 7.

§. 2. Tempus certum preeario adiectum rejicitur à preeario.

Hinc alias quæstum fuit: Si preearium ad certum tempus, veluti, ad Calendas Januarias concessum fuerit, an preeario possidens in eum diem se tueri possit, ne antea res vocetur? Et responsum est, nullam vim esse hujus conventionis; cùm adiectum tempus naturæ preearii repugnet, l. Cum precio 12, D. De preear. & cap. fin. Ext. eod.

§. 3. Ad quid tenetur preeario possidens.

Quod etiam fit, ut propter hanc liberam revocari. Vbi scilicet indefinitè conceditur preearium; alias si in certum usum, esset commodatum.

cationem concedentis, is, qui preeario possidet non teneat ultra dolum & latam culpam, que dolo proxima est, l. Quæstum 3, §. Illud annostur cum §. seq. D. eod.

De preeario.

Exstat & hoc jure. Canonico contractus preeariæ, quo pro re donata Ecclesiæ donatorio vicem, triplum vel duplum in usum factum redditur ab eadem Ecclesia, iuxta decisionem can. Preearia x. quæst. 2. Unde pro arbitrio concedentis non revocatur preearia, sed exspirat morte accipientis, cap. fin. in fine Ext. hoc tit. junctio d. eun. Preearia: dummodò preearia rationabiliter facta sit; alioqui a concedentis successore impune revocatur, can. De preeariis d. quæst. 2, & cap. 2, Ext. eod. vide Par. norm. & alios Ext. in hunc tit. De quinqueanno autem in quinquenium preeariæ revocatio fieri jubar, cap. 1, Ext. hoc tit.

NOTATIO IN TIT. 5.

b. Videtur hujus preearia vestigium extare apud Iustinian. §. si verò aliquis, Novell. 110, de alien. & emphyt.

## DE FEVDIS.

### TITULUS VI.

§. 1. Feudum quid?

Féudum est beneficium, quod ex benevolencia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiariæ penes dantem maneat, ususfructus verò illius ita ad accipientem

transcat, ut ad eum hæredesque ejus masculos, & foeminas (si de his nominatum sit dictum) in perpetuum pertineat: ad hoc, utile & hæredes ejus fideliter domino serviant; sive servitium il- lud